

Gabiis Praeneste m. p. XI ab urbe m. p. XXIII
Praeneste Compitum m. p. XXIII ab urbe m. p. XLVII

LABICANA POST RECEPTAM PRAENESTINAM:

Compito Anagnino Ferentinum m. p. VIII ab urbe m. p. XLVIII

6887 columna miliaria, quae quo pertineat incertum est, cum numerus, qui integer est, Latinae non conveniat; nihilominus satius duxi hoc loco tam eam proponere quam duo quae sequuntur eiusdem tituli exemplaria fracta. Ferentini in S. Iohannis Evangelistae LIGOR. (NEAP.) DON. GVD. 238; in foro BOLD., HOARE, EGO.

VII
 IMP · CAESAR ·
 DIVI · NERVAE · F ·
 NERVA · TRAIANVS ·
 5 OPTIMVS · AVG ·
 GERM · DACICVS ·
 PONTIFEX · MAXIM ·
 TRIB · POT · XVIII · p. C. 115
 IMP · VIII · COS · VI ·
 10 P · P
 FACIENDAM ·
 CVRAVIT ·

Recognovi. Ligorius Neap. 36 p. 358 et in schedis olim Barb., nunc Vaticanis (inde Panvinius Vat. 6035 f. 45, fast. ad a. 867; Grut. 190, 7 ex fastis Panvini, 1019, 9 ex schedis Ursini); Gudius ms. 238, 1, ed. 71, 5 ex schedis Holstenii, qui tituli meminit ad Cluverium p. 203; Donius 2, 97 ex schedis Nic. Alemanni; Pizzi apud Boldettium p. 450; Chaupy *maison d'Horace* 3, 474; Hoare *class. tour* 1, 344; Dionigia *viaggi* p. 16; inscr. Ferentin. a. 1843 n. 3; Borghesi ann. inst. 1846 p. 332 = opp. 5, 22, cui descripsit pater Marchi.

1 xlvii Lig. (Barb.) Marchi, XLVII Holst. Gud.; numerum integrum superesse mihi constabat in re praesenti.

6888 columnae pars, Ferentini apud dominos Angelini.

IIIMII
 ERM · DAC
 ONTIFEX
 B POT
 5 P · VIII

Giorgius descripsit
 (Secchiana n. 10).

6889 columnae miliariae pars, Ferentini apud Giorgium.

FACIENDAM
 CVRAVIT

Descripsi.

Ferentino Frusinonem m. p. VII ab urbe m. p. LV
Frusinone Fregellanum m. p. XIII ab urbe m. p. LXIX

6890 [= 6251] in ponte super Lirim prope Fregellas PIGH.; S. Giovanni in Carico avanti il portone del sig. Gio. Batt. Frenzilli (Frentani PROC.) COM. PROC. In iisdem aedibus Frenzilli olim, hodie baronis di Felice, via *Madonnella* n. 8, viderunt CHAVPY et CAYRO vidimusque BRVNN et ego. Cayro (a. 1795) quod addit repertam esse annis abhinc LX ante portam Aquinatem Fregellarum (vel potius Fabrateriae, cuius sunt illae ruinae), proprie pertinere videtur ad n. 6893. — Ainae rep. SACCHETTI errore.

IMP · CAESAR
 DIVI
 NERVAE · FIL
 NERVA
 5 TRAIANVS
 AVGVSTVS
 GERMANICVS
 DACICVS
 PONTIF · MAXIMVS
 10 TRIB · POTEST · VIII
 IMP · III · COS · V · P · P
 RESTITVIT
 p. C. 105

Recognovi post Brunnium. Pighius ms. Berol. f. 212; Como apud Mur. 14 Oct. 1732 et 15 Sept. 1733, ed. 449, 4 eodemque exemplo Procaccelli ms. 1735 et Mazochi syll. ms., qui accepit d. 13 Oct. 1732; idem Mazochius a Gaetano Sacchetti Atinate; Chaupy *maison d'Horace* 3 p. 476; Hoare *classical tour* 1, 285 ab aliis; Cayro Fregelli p. 53; *Commissione di Caserta* 7 Oct. 1872 p. 54.

Fregellano Fabrateriam novam m. p. III ab urbe m. p. LXXII

6891 [= 6252] tabula marmorea Ceprani ante oppidum in pariete diversorii publici SMET.; affixa Ceprani extra oppidum in muro hospitii publici SEN.; trovata anticamente tra le rovine del ponte, a nostra memoria murata nella facciata della torre del ponte nuovo VITAGLIANI.

IMP · CAESAR
 DIVI · HADRIA
 NI · FILIVS · DIVI
 TRAIANI
 5 PARTICI · NEPOS
 DIVI · NERVAE · PR · N
 T · AELIVS · HADRIA
 NVS · ANTONINVS
 AVGVSTVS · PIVS
 10 PONTIFEX · MAXIMVS
 TRIBVNIC · POTEST · III ·
 COS · III · P · P
 OPVS · PONTIS
 VETVSTATE · CONLABS
 15 RESTITVIT
 p. C. 141

Servaverunt Smetius qui vidit ms. Neap. p. 3, ed. 3, 7 (inde Waels-capple f. 29; Ligorius Neap. 35 p. 266, Taur. 6 s. v. Cyprano, 8 s. v. Fregella; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 20, fast. ad a. 894; Manutius orth. 188, 15. 367, 12; Grut. 164, 4); codex Senensis C. III. 27 f. 70; Vitagliani *il Ceprano ravvivato* (1653) p. 49. Exemplum novicium sub Pio VI pontifice maximo restitutum dant Cayro Fregelli p. 54; Hoare *class. tour* 1, 286.

Hiatum qui lapidem medium dividit signat Senensis liber deficientque in eo v. 2. 3. 10 litterae quas inclinavi. — 7 in. l pro T Sen. — 12 COS · III Sen. Vit. et ex coniectura Panvinius, COS · III Smet. cum suis (praeter Panv.). — Vv. non recte div. et dedit 5 PARTICI, 7 T · HAEIVS, 8 NVS om., 10. 11 PONT · MAX · TRIB · POTES · III, 14 VETVSTA · COLLAPSVM Vit.